

www.e-rara.ch

XX conclusiones in iure controversae

Mylius, Johannes

Basileae, 1602

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-19146>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

XX.
CONCLUSIONES
IN JURE CONTRO.
VERSÆ.

QVÆS

Duce & auspice DEO optimo
ter maximo,


*Pro consequendo, in utroq. jure,
gradu Doctoratus,*

In celeberrima Academia Basiliensi,
*pro ingenij modulo,
5. die mensis Jul.
boris, locoq. consuetis,*

Ex decreto amplissimæ facultatis
Juridicæ ibidem,
propugnandas defendendasq. suscipiet
JOHANNES MYLIVS GIES-
SENSIS HASSVS.

BASILEÆ,
Typis CONRADI WALDKIRCHII.
Anno clc lccii.





Illustrissimo Principi ac Domi-
no, Domino

PHILIPPO HASSIÆ

LANDGRAVIO, COMITI IN
Cattenelnbogen, Dietz, Zie-
genhan, & Nidda,

Domino suo clementissimo,
gratiosissimoque,

CONCLUSIONES HAS

offert & dedicat Autor.





THESIS I.

INTER alias juris questiones controversas hæc non infimum locum obtinet, an nimirum jus representationis in ordine descenditum, quoad ascenditum hereditatem in infinitum extendatur, an verò in nepotibus & pronepotibus terminetur & subsistat. Mihi prior opinio, descendentes in proposita specie in infinitum admittens, ut communior, ita quoque juri magis consentanea contra Bart. Fabr. Angel. Mynsing. & alios videtur.

II.

Gravis quoque & à multis retro annis controversa est questio, an parentes paterni & materni, pari gradu in successione concurrētes, illi in paterna: hi verò in bona materna (ut Bartol. & eum secuti voluerunt) an verò sine bonorum distinctione, paterni in mediam, materni in alteram partem mediam sint admittēdi. Missa Bartol. opinione, cum Bald. Forster. Wesemb. & Mynsing. posteriori sententia, etiam Camera Imperialis iudicio comprobata, calculum adiicio meum.

III.

Neg. de hoc concors est omnium sententia, utrum frater defuncti, utrinque conjunctus, a quo suo præferendus, an verò uterque ad defuncti successionem simul sit admittendus. Posteriori sententia cum Bartol. Castr. Salyc. Corn. Covarr. Fachin. & Boccr. contra Chassan. inhaerendum puto.

IV.

Utrum Jure Civili pœna aliqua ob periurium, quatenus id per se consideratur, constituta sit, dissentientibus disceptatur opinionibus. Quod cum Decian. Cujac. Boër. alijsque quamplurimis quos recenset Menoch. negandum puto.

V.

Quin & hoc à recentioribus in controversiam deducitur, quousq; cognatorum se porrigat successio: Et licet DD. inter quos sunt Myns. Vulte. Schneid. Fab. Angel. Matthes. Schrad. Forst. communiter eam ultra decimum gradum extendi negent: eam tamen in infinitum procedere, si de cognatione constare possit, jure defendi posse, cum Wesemb. Donell. & Bocer. reor.

VI.

Acerrimus quoq; inter juris interpretes de hac questione est conflictus, utrum nimirum educatio, cui alimenta quoque insunt, à jure naturali descendat, & an necessitas educandi & alendi liberos, lege vel statuto tolli possit, nec ne. Prius affirmo, posterius vero cōtra Dec. Vasqui. aliosq; quos refert Ludov. de Mola negandum puto.

VII.

Ulpianus publ. jus, ait, in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus. consistit, l. 1. §. 2. ff. de just. & jur. Hinc deducunt interpretes, sacerdotes publicas esse personas, ideoq; stipulationem, ab ipsis pro tertio interpositam, ad producendam actionem vires habere. Num rectè? Mihi id cōtra Bartol. Angel. Jas. Castri & communem DD. opinionem negandum videtur.

IIX.

Est item quæstionis cōtroversa, an filius patrem bannitum, ut loquuntur, vel facinorosū, puta reum criminis lesæ majestatis impunè occidere possit. Negantium partes cum Dec. Capot. Nell. Rol. à Vall. Hieron. Gyg. Placa, alijsq; quos hic allegat, cōtra Bartol. Roma. Socin. sequi malo.

IX.

Ad matrimonium contrahendum tum de jure naturali, tum divino & civili parentum consensum necessariò requiri, nemo quod ego sciam, est, qui ambigat: Caterum an idem de Jure Canon. sit affirmandum, disceptationis satis est scrupulosa.

loſe. Et eundem parentum conſenſum etiam Jure Canonum
neceſſariò exigi, mihi contra communem opinionem videtur
verius, licet non ſim neſcius, in Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. in
decreto de reformatione matrimony cap. 1. aliud eſſe ſtatutum,
idq; malè.

X.

Liberum eſſe filijfamil. ſtylum in diſponendis rebus Caſtren-
ſibus vel quaſi, extra dubium eſt: Verum hoc non caret diffi-
cultate, an idem filiusfamil. de bonis adventitijs, quorum uſus-
fructus patri non acquiritur, teſtari jure queat, quod contra
Vaud. aliosq;, quos enumerat Dec. cum Vigl. Duar. Donel. &
Fachin. negandum arbitror.

XI.

An teſtamentum tempore peſtis factum, in quo quinque
tantum teſtes fuerunt adhibiti, jure ſubſiſtat nec ne, dubia qua-
ſtionis eſt, adeo, ut Iul. Clarus affirmare non dubitet, eam Im-
peratoria egere deciſione. Quid ergo dicendum? Mihi cum
Magdal. Fach. Fulgoſ. de Caſtr. Aretin. Alex. alijsq;, negatiua
ſententia contra Bald. Salyc. Jaſ. Rotam Rom. apud P^{ri}. Graſſ.
Clar. Rol. à Vall. Hotom. Papon. & Gail. juri magis videtur
conſentanea.

XII.

Concubinatum per ſe illicitum, jure tamen Canonico non
eſſe prohibitum, aut ſublato cum Forſter. contra commu-
nem DD. opinionem mihi videtur verius, quanquam in
Concil. Tridentin. ſeſſion. 24. in decret. de reformat. matrim.
cap. 8. in princip. dicatur graue peccatum eſſe, homines ſolu-
tos habere concubinas, & excommunicationis pœna coercea-
tur, idq; rectè.

XIII.

Eum, qui non ſeruato moderamine inculpate tutela, ag-
greſſorem occidit, ordinaria homicidij pœna eſſe afficiendum,
cenſuerunt Bald. Salyc. Dec. Contrarium verius & commu-
nis ſtatuerunt Tiraquell. Covarru. Menoch. Gail. Fach. nem.

pe hoc casu mitiorem esse infligendam pœnam, quæ posterior opinio magis placet.

XIV.

Rerum nostrarum defensionem jure à nobis suscipi posse, nemo est, qui dubitet. Sed an quis in vita discrimen nondum adductus, pro tuendis rebus, invasorem impunè occidere possit, inter partes id hæret dissidentes. Licere affirmat Accurs. quem magno numero secuti sunt alij, ita ut hac opinio, teste Dec. Jason. & Clar. in communem abierit. Ego defensori rerum id jure permissum esse, nisi invasor missis rebus, defensorem ipsum in vita discrimen conjiciat, cum Joan. de Anan. Abbat. Andr. Anton. de Butr. Garz. Zoanet. Romul. Covarr. & D. Obrecht. nego.

XV.

Furti pœnam de jure divino regulariter non esse capitalem, sed vel dupli, vel quadrupli &c. pro qualitate furti commissi, in confesso est, sed de hoc dubitatum fuit, an eodem jure divino etiam furibus pœna capitalis (ultimum intelligo supplicium) infligi posset. Quod habita delicti ratione, affirmo.

XVI.

Patrem pro defensione filij occidere impunè posse aggressorem, statuunt Bart. Accur. Bal. & DD. communiter. Negant idem Romul. Bolog. & Caus. Communem opinionem sub conditione moderaminis inculcata tutela amplecti malo.

XVII.

Uxorem à marito, si dos promissa ipsi non solvatur, expelli posse, voluerunt Abb. Paul. Castr. Joan. Lup. Salyc. Alex. Boër. Negant Covar. & Fach. Negantium opinio mihi magis arridet.

XIX.

An is, qui cade, ex proposito & animo deliberato sine præcedenti offensione, perpetrata, ad ecclesiam confugit, immunitate Ecclesiastica gaudeat, ita ut inde ad supplicium extrahi ne-

hi nequeat, diversa sunt DD. placita. Negantium opinionem, juri & equitati magis consonam esse, & omnino de jure Poli, usu observandam cum Guid. Pap. Jacob. Bellvis. Petr. de Anchor. Anton. de Butr. & Petr. de Ferrar. contra Angel. Hostiens. Joan. Andrad. & Henric. Bohic. persuasum habeo.

X I X.

Parentes, ob similes vel majores causas, quàm quæ in novella 115. expresse ab Imperatore leguntur, liberos suos exheredare posse, affirmant communiter DD. teste Alex. Jaf. Felin. Clar. & alijs multis. Negant idipsum Martin. Laudens. Alex. Vigl. Vultej. Negativa sententia propugnatoribus ut ad stipuler, sanctio Justiniani me permonet.

X X.

Utrum naturales liberi, per subsequens matrimonium legitimati in feudo succedant, diversis jamdudum, & discrepantibus disceptatur suffragijs & sententijs. Affirmant id Bald. Jacob. de Bell. Vis. Curt. Jun. Andr. de Iser. quem communiter DD. sunt secuti, teste Curt. Jun. & Zas. Idem senserunt Alvarot. Bartol. Socin. & alij quamplurimi, novissimè Bocser. & Gail. eamq; Imperialis Camera præjudicijs confirmatam testis est idem Gail. Negant idem Hotoman. Sonsb. Angel. Vult. Negantium opinionem juri feudali magis congruere non dubito, licet in judicando, à recepta & communi opinione recedere velle, non tam temerarium, quàm periculosum foret.

C O R O L.



COROLLARIA.

I.

Non levis est inter juris procures pugna, an spatio longissimi temporis triginta vel quadraginta annorum, directum feudi dominium à Vassallo, sine consensu domini alienati, præscribatur adversus ipsum dominum nec ne. Affirmant gloss. in c. 1. §. præterea. de capit. Conrad. Curt. Sen. Andr. Gail. Menoch. & alij. Negant Ifern. Afflict. Clar. Zaf. Vultej. Negantium opinionem jure magis fundatam esse arbitror. Facit text. in c. 1. §. præterea. de capit. Conrad. & c. Imperialem. de Prohibit. feud. alienat. per Frider.

II.

Marcianus in l. 2. ff. de offic. proconsul. & legat. apud legatum Proconsulis, ait, nemo manumittere potest, quia non habet jurisdictionem talem. Huic aperte contradicit Paulus in l. 17. ff. de manumission. vindiēt. Apud proconsulem, inquit, postquam urbem egressus est, vindiētā manumittere possumus, sed & apud legatum ejus manumittere possumus. Huic antinomix ut medicinam faceret Cujacius, negationem, invitā lectione Florentinā, legi decimæ septimæ interferuit, sic legens: Sed & apud legatum ejus manumittere non possumus, quod mihi improbandum videtur. Textus enim cohærentia & orationis connexio negationem potenter elidit. Dicit Paulus, apud proconsulem manumittere possumus: & subjicit, Sed & apud legatum ejus manumittere possumus. Quis non videt, per copulam *ET* posteriorem sententiam priori affirmativè necessariò connecti, cum contrā dicta copula *ET* negationem *NON* penitus respuat? Quæ enim esset cohærentia, si ita legeremus: Apud proconsulem manumittere possumus, sed & apud legatum ejus manumittere non possumus? cum copula *ET* affirmativa, pro *ETIAM* posita, negationi *NON* è regione adversetur? Aut igitur delenda quoque erit copula *ET*, aut hæc Cujacij emendatio textui vix erit conformis.

FINIS.